1457.

Pro[illegible] Universi. Ego Petrus de Alzmellis habitator ville Calidarum de Montebovino procurator ad hec et alia legitime constitutus a domina Francisca ux[illegible] Anthonii [illegible] Alzmellis [illegible] prout
constat de ipsa procuratione instrumento publico facto in posse Marchi Canali notarii infrascripti die et anno subscriptorum. Gratis et ex certa scientia ad bene videlicet melioradum [illegible] et in aliquo non deteriorandum stabilio et in emphiteosim dono et concedo vobis Francisco Puig barbitonsori habitatori dicte ville Calidarum presenti et vestris et quibus perpetuo volueritis vobis tamen [illegible] et [illegible] illas domos [illegible]
versus circium quedam fons commune ex abisso usque in celum cum introitibus exitibus omnibusque iuribus et pertinentiis suis universis quas dicta principalis mea titulis infrascriptis [illegible]
alodium habet et possidet in dicta villa Calidarum in vico qui transit super [illegible] torrentem fontis de Calisse. Et terminatur predicte domus ab oriente in quibusdam aliis domibus vestris dicti Francisci Puig a meridie in quibus
dam aliis domibus dicte principalis mee in quibus est furnum commune pertinentium et pertinentium in aliis domibus dicte principalis mee que fuerunt dena colomers ab occidente in quodam carrarono [illegible] predicte domus dicte
principalis mee que fuerunt dena colomers. Et a circio in dicto vico qui transit super torrentem de Calisse. Et est sciendum quod predicta que dicto nomine vobis stabilio et in emphiteosim dono et concedo pertinet et pertinet ad dictam
dominam matrem et principalem meam titulo donationis inde sibi facte per Anthonium de Alzmellis eius filium fratrem meum cum instrumento publico facto in posse dicti et subscripti notarii decima nona die mensis Aprilis anni nat.
domini Millesimi [illegible] Quinquagesimi Quinti. Et ad dictum Anthonium de Alzmellis predicta pertinebant et spectabant ut heredem universalem Francisci de Alzmellis patrui sui cum eius ultimo testamento facto in posse Jaudi
notarii Duodecima Septembris anno nat. domini Millesimo [illegible] Quinquagesimo Quarto. Et ad dictum Franciscum de Alzmellis pertinebant et spectabant titulo donationis de hiis et aliis sibi facte per dominam Elia
norem [illegible] Hugueti de Colomers quondam domicelli in dicta villa domiciliati cum instrumento publico facto in noteria dicte ville Calidarum Quinta die Octobris anno nat. domini Millesimo [illegible] Vicesimo
Quarto. Et ad dictam dominam Elianorem predicta spectabant ut filiam et heredem universalem Laymundi de Carnerio quondam dicte ville [illegible] sint [illegible] ipsa heredia constat ex testamento eodem quod fecit et
ordinavit in dicta noteria Vicesima Quarta mensis Marcii anno nat. domini Millesimo [illegible] Quinquagesimo Septimo quod aliis etiam iustis titulis atque causis ad dictam dominam Elianorem pertinebant et spectabant
Has itaque stabilitione et in emphiteosim datione et concessione facio ego dictus Petrus de Alzmellis quo supra nomine vobis dicto Francisco Puig et vestris tamen consimilibus et vestrorum de predictis [illegible] Sicut melius dici potest
et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Sub tali tamen pacto forma conditione et retentione quod pro censu predictorum et pro omnibus melioramentis et augmentis que in ipsis vos vel vestri faceritis
detis faciatis et prestetis ac dare facere et prestare teneamini dicte principali mee [illegible] et suis in hiis successoribus a festo beate Marie mensis Marcii proxime venturi ad unum annum primo et continue [illegible] et sic deinde
Anno quolibet perpetuo in dicto termino sine festo pro censu predictorum duos solidos monete Barchinone de terno. Et etiam sub tali pacto quod dicta principalis mea et sui possint tenere et hedificari facere seu ponere
in cantono fontis versus circium unam tabulam fusteam longitudinis sex palmorum et amplitudinis quatuor palmorum et altitudinis aliorum quatuor palmorum ad canna Barchinone. In hiis autem
non faciatis neque proclamentis vos seu vestri in hiis successores alium dominum seu dominos nisi tantum dictam principalem meam et suos in hiis successores. Liceatque vobis et vestris post dies Brigitta ex quo in dictam prin
cipalem meam et suos in hiis successores fatichati fueritis predicta que dicto nomine vobis stabilio et in emphiteosim dono et concedo vendere impignerare permutare aut aliter alienare vobis tamen consimilibus
et vestrorum non tamen stabilire nec aliquem censum seu dominium super predictis incarcerare. Salvis tamen semper in et super predictis que vobis nomine antedicto stabilio et in emphiteosim dono et concedo censu predictorum dictorum
duorum solidorum et alias iure dominio firma et fatichia Brigitta dierum dicte principali mee et suorum ac laudemio inde sibi compateti. Pro intrata vero predictorum que dicto nomine vobis stabilio et in emphiteo
sim dono et concedo dedistis et solvistis michi dicto nomine recipienti et confiteor me a vobis habuisse et recepisse sexdecim libras monete Barchinone de terno. Et ideo dicto nomine renuntiando exceptioni non numerate
et non solute pecunie et intrate predicte non habite et non recepte et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri hiis obviantibus dono nomine antedicto et remitto vobis et vestris siquidem predicta que vobis stabilio et in
emphiteosim dono et concedo plus modo valent vel commodo valebunt censu et intrata predictis. Insuper quo supra nomine promitto vobis dicto Francisco Puig quod predicta que vobis iuridicto nomine stabilio et in emphiteosim dono
et concedo facta seu dicta principalis mea et sui facient vos et vestros et quos etiam volueritis heredes tenere et in sana ac pacifica pace perpetuo possidere contra omnes personas. Quod tenebor seu dicta principalis mea et sui
tenebuntur vobis et vestris semper de firma et legali evictione ac legitima deffensione eorundem. Et de restitutione et refectione omnium missionum sumptuum dampnorum et interesse litis et extra. Super quibusquidem missionibus
sumptibus dampnis et interesse credatur vobis et vestris vestro et eorum plano et simplici verbo nullo alio quod [illegible] genere requisito. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et compledis tenendis et firmiter observan
dis obligo vobis et vestris omnia et singula bona dicte principalis mee mobilia et immobilia habita et habenda bona autem mea propria nullatenus pro premissis obligando cum gerat in hiis negotia aliena. Et ut predicta omnia
et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuro in anima dicte principalis mee per dominum deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula
attendere et complere tenere et observare. Et in aliquo non contrafacere vel venire seu dicta principalis mea et sui in nullo non contrafacient vel venient aliquo iure causa vel etiam ratione. Ad hec ego Franciscus Puig
adquisitor predictis iamdictam stabilitione et in emphiteosim datione et concessione et omnia et singula supradicta laudans approbans ratificans et confirmans ac acceptans convenio et promitto vobis dicto Petro
de Alzmellis nomine dicte principalis vestre quod predictas domos meliorabo et in aliquo non deteriorabo et dictum annum censum dictorum duorum solidorum dicte principali vestre et sui seu vobis ipsius nomine solvam anno quolibet in
dicto termino die sine festo beate Marie mensis Marcii quem censum dictorum duorum solidorum sine dampno missione et interesse dicte principali vestre et suorum in hiis successoribus dabo et prestabo. Necnon et alia
attendam faciam et complebo que supra continentur et specificantur nec contra predicta nec aliquo de predictis non faciam vel veniam aliquo iure causa vel etiam ratione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et compledis
tenendis et firmiter observandis obligo dicte principali vestre et suis seu vobis ipsius nomine totum ius emphiteoticum michi pertinens in predictis per vos michi stabilitis. Et generaliter omnia alia et singula bona mea mobilia
et immobilia habita et habenda etiam quocumque modo et iure privilegiata. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte iuro in anima mea per dominum deum et
eius sancta quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione. Premissa
igitur omnia et singula que et prout sunt dicta supra facimus pacisciminus convenimus et bona fide promittimus nos dicti contrahentes quibus supra nominibus scilicet alter alteri et nobis adinvicem et vicissim. Necnon et notario
infrascripto tanquam publice persone per nobis et utroque nostrum nominibus iuridicis et per aliis etiam personis omnibus quarum interest et interesse recipienti et pacisceni ac etiam legitime stipulanti. Volentes nos dicti contrahentes
nominibus iuridicis quod de presenti instrumento fiant et fieri possint duo publica consimilia instrumenta de quibus unum utique parti nostrum tradatur per notarium infrascriptum. Actum est hoc in villa Calidarum de Montebovino Prima
die mensis Marcii anno nat. domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sexto. Signum Petri de Alzmellis stabilientis. Signum Francisci Puig adquisitoris
et acceptantis predictorum. Qui hec dictis nominibus laudamus et firmamus ac iuramus.

Testes huius rei sunt Ludovicus de Santomynato et Franciscus Matha senior ville Calidarum de Montebovino.

Signum Marchi Canali notarii publici dominique utilis Scribanie ville et parochie Calidarum de Montebovino pro honorabili Francisco Columbi Archidiachono Vallen in
ecclesia Barchinone. Qui hec scripsit et clausit. Cum superposito in linea [illegible] observandis.